XI.

Quod felix faustumque esse jubeat

SACRO-SANCTA TRIAS!

Ex Decreto & Autoritate

Magnifici & Nobilissimi JCtorum Ordinis

in Illustri SALANA

PRÆSIDENTE,

VIRO

Magnifico, Nobilissimo, Amplissimo ac Consultissimo,

DN. CHRISTOPH. PHILIPP.

Richtern/ J. U. D. Com. Palat. Cæs. Consiliario Saxon. Decret. P. P. Facultatis Juridicæ Ordinario, Dicasterii Provincialis & Scabinatus Assessore primario, p. t. Decano spectabili,

Dn. Patrono, Præceptore ac Promotore suo æternum colendo,

DISSERTATIONEM INAUGURALEM JURIDICAM

DE

APPELLATIONIBUS

Pro

Consequendis summis in utroque jure honoribus, & Privilegiis DOCTORALIBUS

Publico Eruditorum examini sistit


ad d. Julii

Horis ante & pomeridianis

BENEDICTUS Strauß/ Witteb. Saxo.

JENÆ

Typis JOHANNIS NISII, ANNO clↄ Iↄ cLXI.



D. JOHANNES STRAUCHIUS, JCtus.


Dn. BENEDICTO Strauß/J. U. Doctorando.

S. D.

QVod à me petere soliti hactenus aliqui fuêre, ut præfater nonnihil Disputationibus suis, id Tu, Amice, jure tuo postulare poteras. Neque solùm eam ob rem, quâ id præstare aliis consvevi: sed & , ut eodem tempore, quô huic almæ Vniversitati supremum Vale dicturus sum, & Tibi dicam, & per Te Amicis meis, quos VViteberga vestræ habeo, ZIEGLERO atque LYSERO, JCtis præstantissimis, suæque Leucoreæ ornamentis insignibus, quorum uterque, cum studiorum gratiâ hûc concederes, auctor fuit, ut consvetudine nostrâ utereris. Quod etsi non statim, sed post turbas demum, atque tumultum fatalem illum feceras, qui Academiam hanc è cardinibus emoturus videbatur: ita tamen bene cessit, ut nec Te nostri fortaßè, nec Tui nos unquam pœnitere possit. Probasti nobis ingenuitatem, modestiam, candorem, humanitatem, majorum reverentiam, eas dotes, quas in adolescentibus sæpè sine spe potiundi desideramus. Non

ſum aretalogus, nec cur blandiar cuiquam habeo. Norunt etiam, & fatebuntur Viri in hâc Academiâ candidi, me minùs de Te dixiſſe, quàm debebam. Nihil enim tum de pietate tuâ, parum de veneratione eorum, qui merentur, dixi, eruditionem non attigi, cujus publico hôc & inaugurali, ut vocatur, exercitio, facturus es ipſe periculum. Et ei commendandam relinquo, cujus Præſidio laborioſum hoc ſpecimen editurus es. Quem virum ambigo, utrum animi integritate, an conſummatâ Juris ſcientiâ magis laudandum dicam, niſi quod altera ad ſui perfectionem, propriæque virtutis encomium, altera ad publicam magis utilitatem pertineat. Unde & famam, quam meritis tamen jam anteverterat, ſibi peperit perennem. Sed ad Te redeo, & virtute atque eruditione porro nomen parare jubeo, ſine quibus, non dicam conſtans, ſed aliqua eſſe gloria minimè poteſt. Vale itaque, & præter par illud nobile Virorum, quos modò laudavi, adfinem quoque tuum, Dn. OSTERMANNUM, mihi concilia, qui ſolus efficere poteſt, ut jacturam, quam ex obitu BUCHNERI fecerunt literæ elegantiores, jam leviùs feramus. Vale iterum, & itineri noſtro fortunæque nos exſpectanti bene precare. Jenæ pridie Nonas Julias Anno

MDCLXI.



I.N.D.N.J.C.

ADmodum scitè & eleganter salnberrimum Appellationis remedium à Præclarissimo *JC. Curt. Jun. Consil. 163. n. 8.* vocatur Antidotum contra venenatas sententias. Et propterea illud ab aliis comparatur Theriacæ. Sicuti enim hæc est medicina præstantissima adversus omnes bestias venenatas, & de ea notissimus ille Philonis versiculus circumfertur: Ἕυρημα πρὸς πολλὰς ἐμοὶ παθῶν ὀδύνας. H.c. *omnes visceribus collectos dasipo morbos:*

Ita quoque prædictum beneficium prodesse contra venenum judicis, & præsidium esse innocentiæ, ex aliis refert & probat *Dan. Meller. lib. 4. Semestr. cap. 33. n. 5.* Ad hoc enim tanquam ad sacram anchoram, tutumque asylum iniquitate vel imperitia sententiæ à priori judice prolatæ, læsi & gravati confugere, & se contra omnes injurias tueri possunt. *l. si quis. 30. C. de Appellationibus.* Et quidem humanitatis ratione, omnes provocantes audiri debere, statuit *Ulpianus in l. non tantum. 6. ff. eod.* Quapropter supervacaneum duco, Appellationis præstantiam multis efferre encomiis; quod enim per se laudatum, & cujus utilitas se ipsa ostendit, commendatione haut eget, *l. 1. ff. de in integr. restit.* Mens jam est, pauca de nobilissimâ & diffusissima hac materia in lucem edere, quæ, quò amplior est, eò coarctior tractanda venit. Qua propter Doctorum de hac materia opiniones, quæ magna in varietate & discrepantia positæ sunt, huc recensere,

censere, ambitiosum magis quàm utile foret. Ad rem ipsam itaque me accingo, & priusquam hoc intendo, Deum Ter Opt. Max. à quô tanquam summo fonte, omnium actuum principium & finis est petendus, *per Novel. 109.* supplex adoro & invoco, ut mihi vires aspiret, meosque hos prosperet labores, & evenire felicissimè concedat. Prodeat Ergò.

I. N. J.

THESIS I.

HAut sinistrè me facturum arbitror, nonnullas Appellationis significationes paululum si perpendam; Nominis enim prior habenda est ratio, licèt potior sit tractatio rerum, siquidem illius cognitio non raro rei intellectum præstat, ut documentum evidens præbet *pr. Inst. de Testamentis.* Ejus autem usus multiplex sane est; Vulgato enim more idem quod nuncupare vel nominare dicitur. Ita Cicero quodam in loco: *Scipio, qui primus Africanus appellatus est.* 2. Sumitur pro alloqui & verba cum aliquo facere, *sic idem: appellat hilari vultu hominem Balbus, ut blandissime potest:* quo vocabulo etiam utitur *Ulpianus in l. 15. §. 20 ff. de injuriis, in verb. appellare est blanda oratione alterius pudicitiam adtemptare.* 3. Sumitur pro implorare, quod iterum Ciceronis verba probant: *Quem enim alium appellem, quem implorem?* Item: *Vos etiam atque etiam imploro atque appello, Sanctissima Dea;* Et alibi: *Vos, vos appello fortissimi viri.* 4. Pro judicio convenire. *l. 29 ff. de judic.* 5. pro provocare. *l. 3. § ult. l. 8. ff. h. t. l. 27. de re jud.* Imò vocatur justum auxilium. *l. 2 C Quando prov. non est nec.* Et quanquam plures possint proferri significationes,

tiones, propriè tamen, appellationem ab inferiore judice ad superiorem dico provocationem. *vid. Zœs. in Comment. ad D. h. t. n. 1. Et Wesemb. in Parat. ibid. n. 3.* Hisce itaque præmissis ad definitionem vel descriptionem transitum facio.

II. Ea verò est ab inferiori judice ad superiorem gradatim facta provocatio, ut is causam antea quidem cognitam denuò cognoscat, & sententiam prius latam in melius reformet. *Vid. Magnif. ac Consultissimi Viri Dn. D. Ungebauer p. m. ad lib. 2. Decret. Tit. 28. n. 2. Math. Wesemb. in Parat. hic n. 3. Carpz. Crim. p. 3. q. 139. num. 1. Treutl. Vol. 2. Disp. 32. th. 1. Justus Zinzerling de Appellat. th. 6. Joach. Schnobel. Disp. Pand. 25. th. 1. Ruginellus de appellat. in Præf. Zœs. in Comment. ff. hic n. 1. Donellus p. 2. lib. 28. c. 4. Johann. Melchior Clezelius de Appellat. Cap. 1. n. 6. & alii.*

III. Generis loco ponitur *provocatio*, quod haut incongruè fieri puto. Est enim provocationis vocabulum æquivocum, quod potest sumi genericè, prout significat tam appellationem extrajudicialem quam judicialem. *Scaccia de appellat. q. 1. n. 9.* Omne enim id beneficium significat, per quod judicis auxilium imploratur, sive in judiciô, sive extra judicium; *Vid. Consult. Dn. Ungebaur ad lib. 2. Decret. Tit. 28. n. 2. Maranta spec. aur. part. 6. n. 4. Treutl. Vol. 2. Disp. ult. th. 1. lit. H.* Nam omnis appellatio potest dici provocatio, sed non è contra, siquidem generaliter provocare dicitur, qui judicis auxilium vel officium implorat; Appellatio contra specialius quoddam est, & propriè loquendo judicialem tantum continet. *Arnold. de Reyger Disp. ad proc. jud. 10. th. 2. lit. L.* Quamvis interdum alterum pro altero sumi

haut negem, uti patet *ex leg. 1. §. 1. l. ult. §. 2. ff. de Appellat. l. 10. 17. 30. C. de appellationibus. l. 40. §. 1. ff. de pactis. l. 27. ff. de re jud. Maranta p. 6. n. 2. 3. Quando appelland. sit.*

IV. Verba illa *(à judice inferiori ad superiorem)* differentiam specificam appellationis à supplicatione & leuteratione exhibent. Nam cum in æqualem, nedum in majorem minori nulla sit autoritas, non convenit, ut hic illius acta convellat. *Maranta p. 6. h. t. n. 3. Besold. de appellat. C. 4. n. 1. & 2. Hillig. in Donell. enucl. lib. 28. cap. 7. Treutl. Vol. 2. Thes. 1. lit. D.* Iniquitati enim proximum esset, minor judex majoris errorem corrigere si deberet. *Dn. Ungebaur ad lib. 2. Decretal. tit. 28. n. 2. Bachov. hic, lit. D.*

V. Species Appellationis alii tres ponunt, nimirum intrajudicialem, interpositam sc. ab interlocutoriâ, Judicialem à definitiva, & extrajudicialem in causa non cœpta. Alii quatuor statuunt, nimirum antejudicialem, quæ ante litis contestationem: intrajudicialem, quæ post litis contestationem: judicialem, quæ à sententiâ definitivâ: & postjudicialem, quæ post rem judicatam fit ab executione. Vid. prolixè *Sigism. Scaccia de appellation. q. 2. 3.* Verùm hæ appellationis species veræ non sunt, quia tantum tempore differunt. *Dn. Ungeb. ad lib. 2. Decret. tit. 28. Wesemb. in Parat. hic, n. 5.*

VI. Probabilior ergò videtur divisio ea, quæ usu ac foro receptior, nec non communi Doctorum sententia confirmata est; nimirum, quod sit vel judicialis, vel extrajudicialis. *Vid. Consultiss. Dominus Doctor* Strauch/ *Patronus meus plurimum honorandus, Differt. 27. th. 4. Wesemb. in Parat. hic n. 5.* Roßb. *de proc. civ. tit. 73. n. 3. & 4.*

& 4. *Treutl. 2. Disput. 33. Th. 1. Schnibel. Disput. 25. th. 1.*

VII. Judicialis autem fit de his negotiis, quæ in judicium veniunt, vel circa judicium accidunt, & quidem vel ante vel post sententiam definitivam. Ante sententiam definitivam, veluti, si quis citetur ad locum non tutum; post sententiam fit appellatio à sententia & ejus executione. *l. 5. C. quor. app. non rec. Dn. Ungeb. ad lib. 2. Decret. tit. 28.*

VIII. Extrajudicialis est, quæ ab actibus extrajudicialibus, puta, ab electione vel etiam gravamine illato fit. *Dn. Joh.* Brunneman *de proc. for. leg. instit. cap. 28. n. 1. Scaccia de Appellat. quæst. 2. n. 33.* quæ habet scil. vim conventionis, & dicitur provocatio ad causam. Brunneman *modo cit. loco*, ac quæ interponitur extra judicium, à gravamine illato vel inferendo; Veluti, si beneficium alteri collatum sit in præjudicium meum. vel ne fiat electio, postulatio vel collatio beneficii. *Magn. Dominus Ungeb. ad lib. 2. Decret. tit. 28.* Nimirum, quando timet quis se molestari seu turbari spoliarique possessione ejus rei, quam habet, potest appellare, ne in futurum turbetur molesteturve. Et effectus ejus talis est, quia omnia postea contra eum attentata revocantur & reducenda sunt ad eum statum, in quo erant tempore provocationis. *Bernh. Wurmb. Pract. For. lib. 1. tit. 24. obs. 9. n. 3.*

IX. Omnis autem per sententiam pressus, læsus, seu gravatus, appellationis beneficio gaudet, modò lege non prohibeatur, sive per iniquitatem sive imperitiam judicis gravatus sit. *l. 1. pr. ff. h. t.* Cum quâ concordat *novissimus recessus Imperii, de Anno 1654.* §. Wenn sich auch aus denen anbemelten. *109. ibi:* daß aus des Richters Ungeschickligkeit/ oder Unerfahrenheit/ auch Versaumnis/ Cor-

ruption oder Boßheit / zu iemands præjudiz, nachtheil und Schaden geurtheilet und gesprochen &c. Humanitatis enim ratione, uti supra probavimus, quivis provocatus audiendus est. *l. 6. ff. h. t.* cum libera provocandi sit facultas. *l. 20. l. 30. C. h. t.* & est ratione eorum, qui superati sunt, nihil aliud quam auxilium. *l. 3. §. 1. ff. rem rat. hab. Quod & Comitiis Imperii Anno 1532. habitis, sancitum est*, §. Nach dem auch etliche / *ibi:* derohalben setzen und ordnen wir / das hinfüro keiner gezwungen werden soll / sich des appellirens zuenthalten / oder von gethaner Appellation abzustehen / quo & inclinat ordinat: Cameræ *part. 2. tit. 28.* §. und dieweil / ubi eadem hæc verba leguntur.

X. Contumax lite contestata contumaciter si emaneat, non auditur *l. 1. C. quorum app. non recip.* Vera autem requiritur contumacia non ficta aut præsumta; *Besold. C. 6. num. 4. Maranta p. 6. act. 2. num. 284. Hilliger in Donellum cap. 6. lib. 28. lit. K.* Talem autem contumacem puto, in cujus notitiam citatio ad domum ejus missa venit, nec tamen venire, cum posset, voluit, quod & patet *ex proc. jud. Sax. tit.* Wie wider die aussenbleibenden Partheyen *procediret* werden sol. *ibi:* Do aber in Appellation-sachen der Appellant in termino justificationis nicht erschiene / sol die Appellation vor desert erkant / und Appellant in die expensen condemniret werden.

XI. Contumacia autem committitur in genere erga judicem vel ab actore, vel reo, quando nominata die se haut sistunt, si hora sc. quarta fuerit audita; tota enim dies cedit citato. Et committitur ea variis modis, puta si quis in judicio omninò non comparet. *l. 53. §. 1. ff. de re jud. Coler. part. 1. c. 2. n. 13. 14.* Sed plane emanet, vel comparet quidem, sed non paratus & non respondet. *d.*

l. 31.

l. 31. §. 4 ff de interrog. in jur. fac. Quoniam paria sunt non venire vel non sufficienter venire. *l. 6. ff. qui satisd. cog. Rauchb. p. 1. q. 1. n. 7.* vel respondet quidem, sed obscurè & dubiè. *l. 11. §. 7. ff. de interrogat. in jur. fac.* vel si ante rem confectam sine licentiâ judicis recedit. *l. 15. C. de judic.*

XII. Actor si curavit reum citari, & postea contumaciam committit in non comparendo, cogitur adversario viatica litisque sumtus reddere, *l. 79. in pr. ff. de judic.* nec auditur actor, priusquam reo expensas restituerit, & cautionem de lite prosequenda præstiterit. *vid. ord. proc. Jud. Seren. Elector. Sax. tit. 10. Coler. part. 1. dec. 104. Magn. Dn. Carpzov. p. 1. constit. 9. def. 22.* Iniquissimum enim foret, ex contumacia Actoris reum sumptibus defraudare, & mulctam luere ex facto & delicto actoris, qui nullas impendisset expensas, cum tamen culpa cuique sua, non alteri nocere debeat, *quod Clara sanctio Electoralis in ord. proc. judic. in pr. tit. 10. confirmat, ibi:* würde der Kläger oder dessen anwaldt auf den angesetzten Rechtstag nicht erscheinen/ soll beklagter auf sein Ansuchen ab instantia absolviret/ Kläger aber in die expensas und Cautionem de lite prosequenda vertheilet/ auch ferner nicht zugelassen werden/ er habe denn dem Beklagten die Gerichtskosten erstattet/und von stund an bestellet / das er hinfüro / zum Gericht gehorsaml. erscheinen wolte.

XIII. Reus si ante litis contestationem non comparet in primo termino, neq; procuratorem constituit, ob contumaciam, si eam actor accuset, condemnatur usque ad legitima impedimenta, biß auff Ehehafft und behelfliche Wiederrede. Ex justis enim causis vel impedimentis reus detentus abesse potest, super quibus, priusquam

quam condemnetur, omnino audiri debet. *Dn. Carpz. p. 1. constit. 9. def. 3.* Et postea demum in amissionem causæ biß auff die Hülffe; Requiritur autem, ut actor contumaciam rei accuset. Ut enim quis vere & cum effectu contumax dici & haberi possit, necesse est, ut ejus contumacia sit accusata, & judex interlocutus fuerit. *Magn. Dn. Præses in not. ad tit. de judic.* quod expressè constat, & approbatum est in terris Electoratus Saxonici, *per ordinat. Jud. proc. tit. 10.* § Im Fall aber der Beklagte ungehorsamlich aussen bliebe / sol er / auf des Klägers vorgehende Beschuldigung / vermöge Landübl. Sächs. Proceß / erstlich in Ehehafft und behelffliche Wiederrede vertheilt / und do er auf fernere Ladung / welche der Kläger hierzu außbringen soll / folgenden Termin solche Ehehafft und legitimum impedimentum ausführen und darthun / oder eydlichen erhalten würde / ferner zugelassen werden.

XIV. Præterea prohibentur latrones insignes. *l. 16. ff. de app. Donell. lib. 28. c. 6. Maranta in spec. aur. p. 6. act. 2. n. 196.* Servi. *l. 15. ff. de appell.* raptores virginum. *l. un. C. de rapt. virg.* ibi: *Quibus etsi appellare voluerint, nulla datur licentia.* Monetæ adulteratores. *l. 1. pr. C. de fals. mon.* confessi convictique. *l. un. C. de rapt. virg. l. 34. C. de adult.* debitores ærarii Principis. *l. 8. C. quor. appell. non rec.* & qui sunt alii.

XV. Appellari potest ab omnibus judicibus, tam superioribus quam inferioribus. *l. 19. C. de appell. Maranta in spec. aur. p. 6. de app. n. 246.* tam ordinario. *l. 32. § 3. C. de appell.* quam delegato. *l. 9. ff. qui satisd. cog. l. 18. C. de judic.* Cujusvis enim est judicis, cavere, ne iniquè judicando conscientiam suam oneret. *l. rem non novam. & Auth. sequ. C. de judic. Nov. 8. tit. 3.* quod & ordinationi

Cameræ

Cameræ congruit. *p. 2. tit. 28.* § Und dieweil. *ibi:* So setzen und ordnen wir/ daß hinfüro keiner gezwungen werden sol/sich des appellirens zu enthalten/ oder von gethaner appellation abzustehen/und so solches beschehe / daß alsdenn solche Verpflichtung an ihr selbst unbündig sey. Nisi sit delegatus à Principe, sub ista lege, *ne ab eô appelletur. l. 1. §. 4. à quibus appell. non licet. vid. Consultissimus Dn. Johann. Strauch. Patronus meus optimus, dissert. 27. thes. 7. Wesenb. in Parat. n. 5. ad hunc tit. Gail. 1. obs. 144. Treutl. 2. Disp. 33. th. 4.* Sicuti enim à sententia Imperatoris, Regis &c. appellare non est permissum, ita nec etiam à sententia judicis, qui secundum sententiam Ejus judicavit, qui scil. mandavit judicari. *l. 1. §. interdum. ff. à quibus appell. non lic.* videtur enim talem judicem superioris sententia uti gaudereque, ac exequitur iste mandatum superioris, & ita non actum expetit propriâ voluntate, sed auctoritate mandantis, maximè si mandasset ita expresse fieri. Ideò, sicut Princeps ipse reprehendi non potest, ita etiam nec ille, qui ipsius vices gerit. *l. 1. ff. à quib. app. non lic.* Ratio est, quia delegatus repræsentat delegantem. *l. 1. ff. de off. ejus cui.* Et factum delegati censetur factum delegantis. Quæ tamen intelligenda sunt de factis justè & legitimè, aliàs non præsumuntur facta à delegante. *Dec. Cons. 3. p. 3. n. 3. l. 1. §. fin. à quib. app. non lic. vid. Dn. Zæs. ad hunc tit. num. 6.* ne in contemtum abeat Imperii majestas & authoritas. *l. 11. C. de legib. Gail. 1. obs. 1. n. 7. & obs. 42. n. 8. obs. 121. n. 3. Petr. Heig. p. 1. q. 9. n. 8.* Quod tamen de Principe, quem hodie Imperatorem nominamus, intelligendum erit. *Gail. cit. loc.* iisque, qui tali jure gaudent.

XVI. Hæc enim clausula, *ne ab eo appelletur*, à Prin-

cipe

cipe non recognoſcente ſuperiorem apponi poteſt. De cujus clauſulæ virtute & effectu dubitari facit ratio juris naturæ, quæ ſui defenſionem, ad quam ſpectat appellationis remedium, cuique permiſit, quæ nequidem ab Imperatore aut Pontifice tolli poteſt. Cujus objectionis cauſa dictæ clauſulæ à Principe aut Pontifice oppoſitæ, non alias locum eſſe volunt, quam ut removeat frivolam appellationem, non etiam eam, quæ juſta eſt, cum non cenſeatur Princeps alicui jus ſuum eripere ſine cauſa. Jura enim ea, quæ ſtatuunt appellationi deferendum eſſe, intelligi debent de appellatione ex juſta cauſa & probabili, non injuſta & frivola. *l. 19. 21. C. de appell. Nov. 126. c. 3. Dn. Meier. Colleg. Arg. tit. à quib. app. non lic.*

XVII. Frivolam autem & levem Appellationem dico illam, quæ interponitur ſine legitima cauſa. Ut quando quis appellat, ubi non eſt gravatus injuſtè: Et ſic idem eſt dicere frivolam, quod vanam & inanem, & ſine juſtâ cauſa interpoſitam, quæ nullum poterit ſortiri juris effectum. *l. un. C. ne lic. in una ead. cauſa.* Quia appellatio datur propter gravamen, ſicque gravamen eſt cauſa appellationis, hocque ipſum eſt, quod vulgò dicitur, non audiri appellantes, niſi quorum intereſt. *l. 1. ff. de appell. recip. vel non. Scaccia de appell. q. 5. n. 95.* & ita Senatum Appellat. Dresdæ pronunciaſſe atteſtatur *Magn. Dn. Carpzov. lib. 3. reſp. tit. 12. reſp. 111. n. 13, 14.* Et in tantum lex habet in odio tales appellationes frivolas, ut propterea non ſolum introduxerit pœnas ſane graviores, verum etiam cenſeatur injuria fieri judici à quo, quando frivole appellatur, *l. fin. C. quando prov. non eſt nec. l. & in majoribus. 20. C. de appellat.* quod aſſerit noviſſimus receſſus Imperii *de Anno 1654.* §. Würde ſich aber

319. verb.

119. *verb.* Würde sich aber befinden / daß die Appellation aus denen in Recht gegründeten Ursachen an unser Keyserl. Cammergericht nicht erwachsen / uff solchen Fall solle nicht allein die Sach non devoluta, an Richter voriger instantz mit Wiedererstattung der Unkosten verwiesen/sondern auch der muthwillige Appellant in pœnam temerè litigantis, die der Richter gestalten Sachen nach zu schärffen hätte/ condemniret werden.

XIIX. Ab Imperatore autem Romano appellari posse omninò erroneum est. *l. 1. §. 1. ff. à quibus appellare non licet, ibique Wesemb. Maranta in spec. aur. part. 6. act. 2. n. 248.* Reyger *in proc. diss. 10. th. 8. lit. G. Don. lib. 28. c. 6.* Appellatio enim semper ad superiorem ascendit, *Nov. 23. c. 4. l. 1. §. 3. h. t.* Et contra naturam esse appellationis, à superiori ad inferiorem appellare, modò probatum est.

XIX. Ab Electore Saxoniæ Serenissimo appellare neminem posse, constat ex A. B. Caroli IV. Imper. de *Anno 1356. tit.* Von der Chur-Fürsten Freyheit / *11. ibi:* Zu einem andern Gerichte zu appelliren keines weges gebühren und frey stehen soll/ *& vers. sequent.* Und diese Verordnung wollen wir aus Macht unsers Keyserl. Gesetzes/ auff den Durchleuchtigsten Pfaltzgrafen bey Rhein / den Hertzogen zu Sachsen/ und Marggraffen von Brandenburg/weltlichen Chur-Fürsten und Leyen ihren Erben etc. erstreckt haben. Quod elucescit etiam ex privilegio renovato & confirmato, Anno Christi 1559. de quo absolutissimum tractatum D. Andreas Knichen JCtus edidit. Quod Privilegium confirmavit Imp. Maximilianus II. ibi: Confirmiren dieses Privilegium dem gantzen Hause zu Sachsen / daß niemand bey keinem Bey- oder End-Ur-

theil/Erkentnüssen/Decreto und Abschiede/ so in ihren Namen und dero Höfen gesprochen werden/ an Keyser oder Cammergericht appelliren.

XX. Extenditur hoc Privilegium non tantum ad Electoratum, sed & ad singulos Ducatus & ditiones Saxoniæ: imò etiam ad eas, in quibus jus civile locum obtinet, quod ex Privilegio Ferdinandi I. Imperatoris *de Anno 1559. extat. vid.* Ayrer. *part. 2. proc. hist. l. 4. obs. 2. ibi:* So wehre es doch gleichwohl nicht allein bey seiner Liebden Vorfahren denen Chur-Fürsten zu Sachsen/ als des heiligen Röm. Reichs Ertzmarschalcken (die dann nach Ausweisung der gemeinen Rechten und gülden Bullen/ des nicht appellirens halber fürnemlich privilegiret und begnadet) sondern auch bey den andern Fürsten des Hauses Sachsen über 100. und mehr Jahren/ und also weit über Menschen gedencken eingeführet/ herbracht/ gehalten/ und gebraucht worden/ *&c. & ibi:* Auch die Frembden/ so für ihrer Liebden Hoffgericht zu thun gehabt/ schuldig gewest/ und noch/ es bey denselben Urtheilen/ Decreten/ Erkentnüssen und Abschieden/ so in derselben Namen gesprochen oder ausgangen/ ohne weiter Beruffung/ Appellation, Supplication, oder reduction unsern Vorfahren/ Römische Keyser und Könige/ oder unser Keyserl. Cammergericht/ oder iemands bleiben zu lassen. *& ibi:* Gebieten *&c.* und sonderlich itzigen und künfftigen Cammerrichtern und Beysitzern/ unsers Keyserl. Cammergerichts im Heiligen Reich ernstlich und festiglich mit diesem Brieff/ und wollen/ daß sie die bemeldte unsere Oheimb/ die Chur- und Fürsten zu Sachsen/ und Ihrer allerseits Erben/ an solch ihren Brauch und Gerechtigkeit des nicht appellirens/ Inmassen Ihr Liebd. dieselbigen hergebracht/ an diesen unsern Privilegio nicht irren

noch

noch verhindern / sondern sie darbey ruhiglich bleiben und derselben gebrauchen und geniessen lassen / als lieb ihr iedem ist / unser und des Reichs schwere Ungnade / *&c.* Quod privilegium modò in novissimo Recess. Imperii *de Anno 1654.* renovatum est. §. Drittens. *III. vid. prolixè Petrus Heig. part. 1. quaest. 4. n. 35. seqq. Matth. Coler. in orat. de origine, progressu & utilit. Juris Saxon. Virg. Pingitzer part. 1. q. 46. num. 34. seqq. Buxdorff. ad Tit. 11. Aur. Bull. Regn. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 5. n. 5.*

XXI. Nec appellatur à Camera Imperiali, von dem Keyserl. Cammergericht. Nam Camera Imperialis ipsum Caesarem repraesentat, vice sacra judicat, summique Principis dicitur Consistorium *Mynsi. cent. 4. obs. 5. Gail. lib. 1. obs. 29. n. 3. & obs. 1. n. 7.* Imò rescripta etiam ac decreta Cameralia sub nomine & sigillo Imperatoris expediuntur, firmantur ac definiuntur. *Ord. Cam. p. 3. tit. 12.* §. und so solche. *verb.* Und so solche Citation und andere Gerichtsbriefe / durch das Cammergericht itztgemeldter massen erkennt / sollen dieselbige in der Keyserl. Maj. Namen und Titul / auch unter dem Keyserl. Siegel ausgehen / *Gail. lib. 1. obs. 14. n. 1.* Et judicem Camerae ac Fisci Procuratorem solus Caesar constituit, uti videre est ex *Ord. Cam. part. 3. tit. 4. inpr. ibi:* Darauff Ihre Liebde und Keyserl. Majestät / oder an dero statt / wir als Römischer König / einen andern Cammer-Richter an des abgangenen statt setzen und ordnen sollen. Quae quum ita se habeant, non potest non Camerae Imperiali idem jus tribui, quod competit judicio Imperatoris aulico.

XXII. Idque eò magis, quia Camera cum Imperatore concurrentem habet Jurisdictionem *Gail. lib. 1. observ. 29. Henr. à Rosenthal. de Feud. c. 12. concl. 1. n. 32.*

Quare nec Imperator lites in Camera pendentes ad se trahere valet. *Gail. 1. obs. 41. n. 3.* Quod clarè dispositum est *in part. 2. Ordinat. Cam. tit. 35. ibi:* Daß dem Keyserl. Cammergericht unverhindert einiger restitution, Supplication, advocation oder andere suspension und Ausschläge/sein freyer/starcker/unverhinderter Lauff gelassen / und darwider nicht gegeben werden/ *&c.* Quæ verba expresse jubent: Exercitium Jurisdictionis Cameræ impediri non debere. Nam Imperator per modum contractus in ordinationem Cameræ consensit, ideò ad ejus observantiam etiam de jure communi obligatur. *l. digna vox 4. ff. de legib. l. 1. ff. de pact.* quòd constat ex *part. 3. Ordinat. Cam. in fin. ibi:* An Ihr Liebd. und Keyserl. Majest. statt/ auch für uns selbst/als Römischer König/uns mit der Chur-Fürsten Räthe/erscheinenden Fürsten/Ständen/und der abwesenden Botschafften und Gesandten / und sie sich hinwiederumb mit uns/also zu halten und zu vollenziehen vereiniget und verglichen. Ergò per modum contractus & conventionis, ordinatio Cameræ fuit promulgata; Cui jure naturæ contrahentes obstringuntur *l. 1. ff. de pact.* ut ita Imperator huic ordinationi non magis ac quilibet statuum Imperii contravenire possit: ex eâ ipsâ ratione, quæ ad observantiam Recessuum Imperii Cæsaream Majestatem obligat. Constat nimirùm, quòd illi ex mutuo consensu ac conventione Cæsaris & ordinum Imperii in Comitiis publicis ferantur ac promulgentur, quod ex *Recess. Imper. de Anno 1497. 1500. 1526. 1548. 1551. 1555. 1570.* §. Weiters nach dem auch. *ibi:* Unsere Keyserl. Cammergerichts-Ordnung mit gemeiner des heiligen Reichs Stände Rath und Zuthun nicht allein an vielen Orten verbessert/ nützliche Erklärung und Zusatz darzu gethan/ *ut & ex novissimo*

vissime Recessu Imp. liquet §. 65. *ibi:* Ohne unser und des heiligen Reichs Cammergerichts zu Speyer. *&* §. 9. *ibi:* Und solchem nach mit Chur-Fürsten und Ständen/und der abwesenden Räth/Bottschafften und Gesandten / und sie sich hinwiederumb mit uns darin allein / nachfolgender massen verglichen/*&c.* Imò ipsa revisio Cameræ, statibus Imperii competit. *Vid. P. 3. Ordin. Cam. Imp. tit. 53. ibi:* Uns als Römischen König/ auch der Chur-Fürsten / Fürsten/Prælaten/Grafen und Städten/ so zu der Jährlichen Visitation verordnet/schreiben/*&c. & iterum:* alle und jede Gerichts-acta solcher Sachen mit Fleiß zu revidiren und besichtigen. Nec Cameræ à solo Imperatore, sed statibus Imperii simul mandatur. *Ord. Cam. de Anno 1500. tit.* von der Verwesung der Cammerrichter; & si error quis oriatur non solius Imperatoris, sed & statuum decisioni submittitur *Rec. Imp. de Anno 1557.* § Ferner nach dem. Ast evagandum longius haut est, ad viam redeo.

XXIII. De forma & solennitate appellationis est, ut Appellatio fiat gradatim, *vid. Magnif. Dn. Præses, Patronus meus optimus, quem filiali cultu prosequor, Colleg. Auth. ad Auth. hodie C. de appell. Dn. D. Strauch dissert. 27. th. 9.* à judice inferiori ad superiorem nullo intermedio omisso. *l. 21. ff. de appell. l. 32. C. eod. l. 4. C. de Jurisdict.* ubi rescripserunt Imperatores, appellationes, quæ retrò ad Principem factæ sunt, omissis his, ad quos debuerunt fieri, ad Præsides remitti. *Mynsing. vid. in sing. obs. cent. 1. obs. 67. & cent. 2. obs. 4.* aliàs appellatio nullius est momenti. *l. 28. §. 1. ff. de appell l. 32. C. eod. Nov. 23. cap. 4.* Et omisso medio ad Imperatorem, remittenda est, & vires non habet. *l. 21. hic. Consultissimus Dn. D. Strauch. Diss. 27. th. 9.* Quo tendit *Ord. Cam. Imp. p. 2. tit. 29.* § *1.*

ibi:

ibi: Es sol keine Appellation an dem Keyserl. Cammergericht angenommen werden / die nicht gradatim geschehen/ und die einen nähern Richter hätte. *Et nov. Rec. Imp. de Anno 1654. §. 119. verba*: Würde sich aber nach erkanten und reproducirten Appellations-Processen in puncto devolutionis befinden / daß die Appellation aus denen im Recht gegründeten Ursachen an unser Keyserl. Cammergericht nicht erwachsen / uff solchen Fall solle nicht allein die Sach non devoluta, an Richter voriger instanz mit Wiedererstattung der Unkosten *&c.* verwiesen werden. *videat, cui lubet* Churfürst Christiani II. Appellation-Ordnung/ *tit.* Wer vor unser Appellation-Gerichte/*post princ. vers.* Jedoch weil in der Landes-Ordnung/ nec non *corpus novum Saxonicum, modo cit. tit.* Wer vor unser Appellation. §. Desgleichen/ weil ohne das in unsern Landen.

XXIV. Et hoc svadet ratio, cum emendatio prioris sententiæ majorem requirat auctoritatem, superioris enim est judicis corrigere inferioris errorem, non è converso. *vid. Zæs. hic; n. 14.* Quod fit propter defectum Jurisdictionis, *Petr. Gregor. de appellat. lib. 1. cap. 3. n. 2.* Inferior enim non potest legem & factum superioris emendare, *per Nov. 23. cap. 4.* ubi hæc extant verba: *non oportet ad compares judices appellationes referre, sed à minore judicio in majus tribunal ascendere;* quia par in parem non habet imperium, *l. 13. §. 4. de recept. arb.* quod tamen in appellationibus omninò requiritur, ut judex ad quem, ei à quô inhibere possit. *Maranta part. 6. n. 292.*

XXV. Aliter se res habet, si inferior judex appellanti manifestè deneget Jus, tunc omninò Appellans adire judicem superiorem potest, eique supplicare, ut recipiat Appellationem. *l. 19. C. de Appellat. vid. Ord. Cam.*

Imp.

Imp. part. 2. tit. 29. §. 1. in med. vers. Es were denn/daß der näheste Unter-richter. *vid. Ord. Provinc. sub tit.* Daß niemand unersucht der ordentlichen Gerichte. *vers.* ehe und zuvor Er. *&c.* Sic si suspectus in causa est, si judex ter requisitus justitiam administrare distulit & cessavit, tunc quis omninò potest ad superiorem appellare absque ulteriori requisitione: Quia justitiam denegare, est aliquid odiosum & crudele, quod non facile præsumitur in aliquo judice; Secus verò est, justitiam protrahere, per ea, quæ tradit *Gail. 1. obs. 28. n. 5.* Imò si proximior non inhabilis, *vid. Mynsing. cent. 2. obs. 24. vers. Et quod possit appellari à judice protrahente.* Casus autem, ubi omissis intermediis licet ad superiorē appellare, qui ulterius desiderat, videat quæso *Sigism. Scacc. de Appell. quæst. 7.* Churfürstl. S. Appellation-Ordn. *tit.* Wer vor unser Appellation-Gericht geladen/§. desgleichen/weil ohne das *&c.*

XXVI. Hinc quæritur, an valeat Appellatio, si omisso medio, nihil opponatur? Resp. per distinctionem, si nimirum scienter omisso intermedio ad superiorem appellatur, secus, si ignoranter & ex errore, tunc enim appellatio non efficitur deserta, sed ad judicem intermedium remittitur, ut coram illo justificetur. *Br. in l. 1. §. si quis. ff. de Appellat.* & ita in Cam. pronuntiatum fuisse testatur *Wehn. in obs. pract. lit. P. vid. ord. App. nov. Seren. Elect. Saxon. Tit.* Wer vor unser Appellation. §. Und weil von dannen/ *ibi:* Wofern es die Partheyen nicht selbst bewilliget/*&c.*

XXVII. Disceptant vulgò Doctores, quando nimirum appellandum sit? Et olim in causa propria biduum fuisse, in aliena triduum, constat *ex l. 5. in fin. ff. de appellat. l. 1. §. 5. & 11. ff. quando appell. sit. Nov. 23. in principio.*

cipio. Biduum autem illud vel triduum ſervabatur, quo primo facultas adeundi judicem erat, ut inquit *Ulpianus in l. 1. §. dies 7. ff. quando appell. ſit.*

XXIIX. Hodie tamen juris eſt notiſſimi, quod omnis appellatio, ſive judicialis, ſive extrajudicialis, à tempore latæ ſententiæ intra decendium interponi debeat; Idque niſi fiat, ſententia tranſit in rem judicatam, & Appellatio ulterius non admittitur. *Gail. 1. obſ. 39. n. 2.* Hocque tempus tam ſtrictè obſervari debet, ut neque à judice, neque à partibus neque per compromiſſum prorogari poſſit. *Mynſing. obſ. 68. cent. 3. Gail. lib. 1. obſ. 139.* quoniam terminus à lege datus, judicantis & partiũ arbitrio non ſubjacet, nec ab eis prorogari poteſt. *Magnif. Dn. Carpzov. lib. 3. tit. 12. reſp. 115. Gail. lib. 1. obſ. 140. n. 7. vid. Ord. Cam. p. 2. tit. 29. §. 2. ibi:* So ſollen auch die Appellationes, vermög der Rechten innerhalb 10. Tagen beſchehen. Landes-Ordn. *tit.* Wenn und wie Läuterung und Appellation ſtatt haben/ *ibi:* Daß der beſchwerete alſobald denſelben Tag/ in dem das Urtheil geſprochen iſt worden/ das Urtheil ſtraffe/ und vor dem Hoffgerichte ein beſſers finde/ und das in Gericht ſchreiben laſſe/ mit Bitt und Begehr aber/ daß der Beſchwerte nach Ordnung der Keyſer-Rechte in zehen Tage appellire und ſeine Appellation mit Recht verführe/ & *Sereniſſ. Elect. Saxon. Ordinatio, tit.* Von Appellationen/ wie die angenommen/ *in pr. ibi:* ſol entweder alſobald und in continenti, nach Eröffnung des Urtheils oder zugeführter Beſchwerung mit lebendiger Stimme/ oder zum längſten innerhalb 10. Tagen in Schrifften mit Anzeigung der Urſachen ſeiner Beſchwerung appelliren. *Et ibi:* Wollen wir/ daß der Termin der zehen Tage/ in welchen dem verlierenden Theil/ von gemeinen Rechten zu appelliren gebührt/

bührt/keines weges überschritten / gelängert oder gekürtzet werde.

XXIX. Et incipit hoc tempus currere à momento ipsius horæ. *Dn. Carpz. p. 1. Constit. 19. def. 13. n. 5.* Quod tempus intelligendum est de præsenti. *l. 1. § fin. ff quando appellat sit.* absenti autem currit à die scientiæ. *Donell. lib. 28. comment c. 6.* Et in iis gravaminibus, quæ habent perpetuam causam, locum haut habet. *e. g.* in citatione ad locum non tutum, qui quoties citatur ad locum non tutum, toties appellare potest: Nam gravamen habet causam continuam, & quoties de novo citatur, de novo gravatur. Sic exemplum in eo datur, qui carceri mancipatus est, is enim semper à præcepto de capiendo vel captura secuta appellare potest, quia semper gravatur: Unde à præsenti gravamine, etiamsi ultra mensem incarceratus fuerit, rectè appellat. *Gail. lib. 1. obs. 139. n. 13.*

XXX. Modus appellandi est, ut fiat modestè & in scriptis, nisi fortè à sententiâ definitiva appelletur, quod vivâ voce fieri potest. *Nobilissimus Dn. D. Joh. Strauch. Dissert. 27. th. 10.* quod ab interlocutoria semper & indistinctè verum est, *Zas. in Comment. ad D. de appellat. n. 20.* nisi habeat vim definitivæ, tunc si in continenti appellatur, sufficit appellationem fieri viva voce, ex intervallo autem in scriptis appellandum est; quod constat *ex Ord. Cam. part. 3. tit. 29. ibi;* Und so von Bey-Urtheil/ die krafft einer End-Urtheil hätten appellirt würde / so sol der Appellant in Schrifften/ex intervallo, oder mündlich in continenti wie von andern End-Urtheilen/zu appelliren/ macht haben. *Scil.* in continenti, antequam judex surrexerit, & ad alios actus iverit, tunc sufficit si dicat: *Appello:* modo curet hoc scribi ad acta per notarium judicii. *l. 2. ff. de*

Appell. vid. Magnif. Dn. Præs. ad Auth. Hodie. C. de appellat. Anton. Faber. in Cod. lib. 7. tit. 26. def. 12. num. 1. & dicitur hæc appellatio facta mit lebendiger Stimme / auff freyem Fusse. *Termin. c. 230. n. 38.* In scriptis autem fit, si viva voce in continenti litigatores appellare noluerint, per modò citat. *Auth. Hodie.* & quamvis probari potest per textum *in art. 6. lib. 2.* LandRecht. *gloss.* Weichbild *art. 14. post pr.* quod semper in continenti & statim post latam sententiam viva voce appellationes fieri debeant; Tamen de consvetudine hodiernâ aliud observari & nihil frequentius esse in foro Saxonico, quàm ut in scriptis saltem intra decendium appellationes recipiantur, attestatur *Magnif. Dn. Carpzov. part. 1. Constit. 20. def. 5. n. 5. Wesemb. in parat. quando appell. fit. n. 3. Gail. lib. 1. obs. 60. in pr. & modò citatus Dn. Carpz. lib. 3. resp. tit. 12. resp. 109. n. 6.* Quod & jubet *Seren. Elect. Saxon. Ord. Appellat. tit.* von Appellation/wie die angenommen.

XXXI. Apostoli ut petantur, omninò necessarium est. *l. un ff. de libell. dimiss. l. 6. §. ult. C. de appellat. l. 24. eod. vid. Magnif. Dn. Strauch. Dissert. 27. thes. 10. Zæs. in Comment. ad D. de libell. dimissoriis. n. 1.* quod confirmatum legimus *in corpore nov. jur. Sax.* Appellation-Ordnung/ *tit.* von Appellation/wie die angenommen / *ibi,* mit Anzeigung der Ursach seiner Beschwerung / appelliren/ auch alsobald ümb Apostolos ansuchen/*&c.*

XXXII. Quod tamen in Camera Imperiali non præcisè requiritur, sed appellatio valet, etiamsi Apostoli petiti non sint; *per text. Cam. Ord. Imper. p. 2. tit. 30. §. 1. ibi* So sol doch der Appellant. Er hätte Apostolos gebeten oder nicht *&c. Mynsing. cent. 3. obs. 22. n. 4. Gail. 1. obs. 139. n. 15. ibi: tamen hoc exordinat. Cam. &c*

XXXIII.

XXXIII. Species Apostolorum variæ sunt, omnes autem, ut hic recenseam, haut opus est; usitatiores verò ac in frequentiori usu sunt. (1.) *Reverentiales*, quibus judex à quo testificatur, se in reverentiam superioris appellationi detulisse. *Maranta p. 6. act. 2. de appell. n. 125. Scaccia de appellat. q. 13. n. 18.* (2.) *Testimoniales*, qui testificantur de appellatione facta coram judice vel coram publicis ac honestis personis ac fide dignis. (3.) *Dimissorii*, quando judex admittit appellationem, & scribit literas dimissorias, cum quibus admittit appellantem judici ad quem, *l. un. ff. de libell. dimiss.* (4.) *Refutatorii*, (quos perniciosos admodum appellanti æstimat *Dn. Meier. in Colleg. Arg. de libell. dimiss.*) in quibus appellatio per judicem refutatur, recusaturque, quod fit, quando provocatur in casibus, in quibus jura appellationem non admittunt. *Scaccia hic q. 13. n. 19. Termin. in proc. suo cap. 230.*

XXXIV. De tempore, quando nimirum Apostoli petendi sunt, anxii sunt Doctores, & Apostolos peti debere intra 30. dies jubet *l. 24. C. de appell. Dn. Meier. in Colleg. Argent. tit. quando appell. sit. n. 7.* adeò, ut si appellans intra id tempus non petat vel recipiat Apostolos, censeatur appellationi renuntiasse, fiatque appellatio deserta. *l. 18. C. de appellat.* Et jure Saxon. idem, quòd de jure communi sancitum est. *Vid.* Landes-Ordnung. *Tit.* Wenn und wie Leuterung und Appellation statt haben/ *ibi:* So sol ein Monatsfrist/ in gebung der Apostelu angesetzet werden. *Sereniss. Elect. Saxon. ord. appellat. tit.* von Appellationen/ wie die angenommen/ *ibi:* auch darinnen den Appellanten eine Monatsfrist/ von der Zeit an/ da die Apostelu gegeben/ zu rechnen ansetzen/ *&c. Magnif. Dn. Præses, ad Auth. Hodie. C. de appellat. num. 30. Teuber. in suo pro-*

cessu c. 26. verf. Wenn nun die Appellation eingewendet ist.

XXXV. Aliter se res habet, si justum impedimentum appellans probare potest, seu forsan sententiam latam esse ignorat, quo casu indulgendum ipsi eatenus, ut spatium hoc triginta dierum, à die scientiæ demum currat, *Wurmbs. lib. 1. obs. tit. 24. obs. 23. n. 4.* Sic, si judex appellanti Apostolos denegavit, excusatus non modò erit, sed querimoniam eum instituere, & convenire adversarium intra anni spatium vel intra sex menses posse, patet ex *l. 31. C. de appellat.* nisi judex intra idem illud tempus, refutatoriis Apostolis causam ostenderit, quamobrem libellos dimissorios non putarit dandos. *vid. Termin. proc. c. 230. n. 43. Joh. Em. à Rosbach. in proc. tit. de Apost. 74. n. 26.*

XXXVI. In Camera 6. mensium tempus requiritur, quod patet *ex ord. Cam. p. 2. tit. 30.* §. Würde aber. *ibi:* So sol dennoch der Appellant / er hätte Apostolos gebeten oder nicht / *&c.* die sechs Monat haben / solch sein Appellation obgemeldter massen am Cammergericht anhängig zu machen / quod deducit *Andr. Gail. lib. 1. obs. 140. n. 3.* Aliud tamen sancitum legitur *in nov. Rec. Imp. de Anno 1654.* §. Ob er auch schon die Urtheil. *61. ibi:* nichts desto weniger solte der Appellant bey Straff der desertion, gleich bey Verkündigung seiner Appellation und vor Verfliessung derer à tempore interpositæ appellationis nechstfolgender 30. Tage vom Unter-richter die acta priora zu requiriren / und da sie fertig werden / umb die Gebühr auszulösen / *&c.* schuldig seyn.

XXXVII. Consultum autem omninò puto, appellantem statim petere actorum priorum editionem, etiam

ante

ante impetratas à superiore compulsoriales, quibus editio Actorum à superiore judice, judici à quo demandari solet. Idque expressum *in novissimo recess. Imperii* §. Ob er auch schon Urtheil/ *ibi*: Vor Verfliessung deren à die interpositæ appellationis nechstfolgender dreissig Tagen von Unterrichter die acta priora zu requiriren. In quo etiam cautum, ut judex inferior rationes decidendi cum actis, transmittat ad informationem judicis ad quem; veluti patet ex §. deßgleichen sollen die procuratores, *ibi*: Daß der judex à quô seine rationes decidendi mit und neben denen Actis prioribus, bey Straff zweyer Marck löthiges Goldes zum Cammergericht verpitschieret einschicke.

XXXVIII. Eaquè integrè edenda, & proinde plenè accuratèque per notarium judicii, ut veritas habeatur, & falsitas evitetur, conscribenda sunt. Nam acta tanquam scripturæ publicæ plenam fidem absque testibus faciunt. Quod, si negligentia judicis vel Notarii, manca & imperfecta sint, integreque edi non possint: Judex parti ad interesse tenebitur. *l. si quando 19. C. de testib. Gail. lib. 1. obs. 134. n. 14. 15.*

XXXIX. Effectus appellationis est, quod sententia prior suspendatur, pendente appellatione nihil innovetur & attentetur, sed si quid attentatum fuit, revocetur. *tot. tit. ff. ut pendente appell. nihil nov. Nobilissimus* Dn. Strauch/ *Differt. 28. th. 11. Berl. p. 1. Conclus. 50. n. 204. Mejer. in Colleg. Argent. de appellat. n. 14.* Hinc pendente hoc judicio nondum quis condemnatus dicitur. *l. 6. §. sed si furt. 1. ff. de his qui not. infam.* Ratio est, quia appellatio à diffinitiva vel interlocutoria vim diffinitivæ habente, statim devolvit causam ad judicem appellationis, & reducit ad eum statum, in quo erat causa principa-

cipalis post litis contestationem. *Gail. 1. obs. 144. n. 1.* Et hoc suadet natura judicii appellatorii, ut eo pendente non procedendum sit ulterius, nec quicquam commutandum aut innovandum. *l. 1. 3. C. de appellat. l. 3. C. quando provoc. non est necesse. Nov. 134. cap. 3. in fine. l. 6. de appellat. recip.* quod, si judex, qui debito modo, loco & tempore requisitus est, apostolos denegat, & post appellationem in causa procedit, processus redditur nullus, nisi appellationi renuntiatum sit. *Dn. Mejer. in Colleg. Argent. de libell. dimiss. n. 10.*

XL. Finis Appellationis est, ut sententia injustè lata in melius reformetur, innocentibus subveniatur, imperitia & iniquitas judicis corrigatur. *l. 1. ff. h. t. Wesenb. in Parat. ad hunc tit. n. 10. Zoës. ibid. n. 1.* & judex appellationis de causa per appellationem ad se devoluta, melius instruatur certiorque reddatur. *Dn. Mejer. in Colleg. Argent. ad tit. de libell. dimiss.* imò, ut defectus probationis interveniens in principali lite, possit suppleri, & restaurari in appellatione, sicque ad subveniendum & relevandum gravamen, quod litigator ex propria culpa, negligentia, seu ignorantia passus est in sententia, ideoque dicitur, quæ in appellatione probata non sunt, probabo, & non deducta, deducam.

XLI. Supra thes. 9. dixi: omnem per sententiam pressum appellare posse, nisi prohibeatur. Inde oritur quæstio, an in criminalibus appellatio permittenda sit? Quod omninò videtur asserendum. *per l. 29. C. de appellat. l. 30. sub fine C. eod. l. 6. C. de Episcop. aud. in fine. l. & in majoribus 20. C. de Appellat. Auth. hodie. C. eod. Gail. 1. obs. 1. n. 27. Mynf. Cent. IV. observat. 41. Anton. Faber. in Codic. lib. 7. tit. 26. Defin. 16.* Defensio enim est juris naturæ, quare,

quare, ne appellatione prohibita, ea per consequentiam denegetur, ipsa ratio svadet, deductionem innocentiæ, & probationem gravaminis admitti, quod nec in foro Saxonico aliter obtinet, & reum condemnatum ad magistratum superiorem provocare posse, patet ex *Ord. Seren. Elect. Sax. tit.* Wer vor unser Appellation geladen / §. und mögen demnach/*ibi:* Wenn Peinliche oder Fiscalische Sachen fürfallen / daß man die in unsern Schöppenstuel zu Leipzig/oder da in erster instantz hiebevorn daselbst erkant/ an einen andern unverdächtigen Ort zu versprechen / überschicken möge.

XLII. Quod DD. in tantum extendunt, sive reus ad pœnam ultimi supplicii condemnatus, sive tortura solummodo ei per sententiam indicta fuerit. Utroque enim casu à viribus rei judicatæ suspendere licet sententiam, & ad superiorem Magistratum provocare: ut manifestè patet *ex l. 2. C. de Appellat.* Eoque respicit *Ordin. Cam.* qua in causis criminalibus, de manifesta iniquitate & nullitate sententiæ per viam supplicationis conqueri reo permittitur. *part. 2. tit. 28.* §. Nach dem. *vers.* Doch da sich iemand/*ibi:* Alsdenn sol der ansuchenden Parthey. Neque aliud in Electoratu Seren. Saxon. obtinere manifestum est, *ex Ordinat. appellat. Seren. Elect. Saxon. tit.* Wer vor unser Appellation-Gericht geladen. §. Demnach. *vers.* Jedoch allein. quæ verba luculenter innuunt, causas criminales in duplici instantia prima sc. & secunda, quæ est appellationis, ventilari posse. Est enim appellatio species quædam defensionis, ut antea dictum, quæ nemini deneganda est. *l. 1. ff. de appellat.* Deductio ergò innocentiæ & defensionis reo permittenda, absque dubio etiam in causis criminalibus, ubi non de glande legenda,

ſed de vitâ hominis atque damno irrecuperabili agitur, ſaluberrimum hoc appellationis remedium gravato concedendum erit. Quæ omnia locum habent, ſi processus ordinarius eſt inſtitutus, & libellus accuſatorius oblatus, litemque negativè reus conteſtatus eſt. *Dn. Carpz. lib. 3. Reſp. tit. 12. Reſp. 128.* Sed hæc dicta volo de appellationibus, juſtâ de cauſa contra ſententiam iniquam ſuſceptis. Nam appellatio frivola & calumnioſa in cauſâ criminali æque ac in negotio civili rejicienda, eaque non obſtante, procedendum eſt in lite absque attentatorum vitio, *Dn. Carpzov. proc. crimin. p. 3. q. 139. num. 12.*

XLIII. In Criminali inquiſitorio proceſſu appellatio hodie non eſt admittenda, maximè verò in criminibus capitalibus: Quippe quorum cauſæ nec perviam ſimplicis querelæ in ſupremo Cameræ judicio recipi ſolent. Ne ſcilicet crimina maneant impunita. *Gail. 1. obſ. 1. n. 18. & lib. 1. de p. p. cap. ult. in fine. Joach. Mynſing. cent. 4. obſ. 41. Weſemb. conſil. 43. n. 80. Joach. Benſt. de Jureiur. n. 97.* Quod confirmatur *in receſſ. Imp. de Anno 1530. § item* als int etliche Zeit her von Peinlicher Sach vielfältig an unſer Keyſerl. Cammer-Gericht appellirt/ auch dieſelbe Appellation angenommen / darauff proceſs erkandt/ und rechtlich gehandelt worden / und ſolches dem alten hergebrachten Brauch im Heil. Reich zuwider: So ſetzen und ordnen wir/ daß hinfürder in Peinlicher Sach keine Appellation angenommen/ ſondern damit nach alten hergebrachten Gebrauch gehalten werden ſoll. *& in Ord. Cam. Imper. part. 2. tit. 28. § item, ibi:* Nach dem auch dem alten hergebrachten Gebrauch im Heil. Reich zuwider / daß in Peinlichen Sachen keine Appellationes zugelaſſen werden ſol-

len

len. &c. *vid. Magnif. Dn. Præses ad Auth. hodie. C. de Appellat. Berlich. 1. concl. 50. n. 35. & sequentibus.*

XLIV. Quod & hodie in Electoratu Saxoniæ in viridi est usu, uti patet, *ex Ord. appellat. Elector. Saxon. tit.* Wer vor unser Appellation-Gerichte geladen / §. Jedoch allein / *in verb.* Denn so viel die Peinlichen Sachen anlanget / weil es bißhero nicht bräuchlich gewesen / daß in unsern Appellation-Gerichte in denselben erkant / so lassen wir es auch dabey bewenden / *&c. vid. Corp. nov. Sax. post tit.* Wer vor unser Appellation-Gerichte / *ubi expressam legitur mandatum Seren. Elect. Sax. tit.* Extract des Befehlichs / *ibi:* Dann wie euch wißlichen / so hat man bißhero in unsern Landen / wann wider die Verbrecher Amptshalben / und ex officio inquisitions-weise verfahren worden / nicht viel vergebliche Disputationen, noch andere Weitläufftigkeit verstattet / *& ibi:* Sonderliche interrogatoria aber durch die Advocaten zu übergeben / die Gezeugniß zu disputiren / und andere Weitläufftigkeit / dadurch nur die Sachen vergeblichen auffgehalten / der Richter müde gemacht / und der Verbrecher offt der wohlverdienten Straffe entzogen wird / haben wir in inquisition-processen, / ausserhalb der Fälle / wenn es etwa wegen angezogener Nothwehr oder andern dergleichen / durch gesprochene Urtheil zu einem ordentlichen Beweiß kömmet / nicht gestatten wollen. Et ita Senatum Appellationum Dresdæ pronunciasse *Anno 1631.* attestatur *Magnif. Dn. Carpz. Lib. 2. resp. tit. 12. resp. 128. n. 7. pr. ibi:* Daß die Appellation nicht statt hat / V. R. W.

XLV. Licet autem in processu inquisitorio jus appellandi ademptum sit, per id tamen facultas deducendæ innocentiæ Reo sublata haut est, sed si prætendat is defensionem, non obstante sententia condemnatoria, de-

nuò audiri atque interim executio ſententiæ ſuſpendi debet. Nam publicè expedit, hominum potius conſervatione vel adjectione, quam pecuniarum copia Rempub. augeri & ampliari. *l. cum ratio. 7. §. ſi plures. 3. ff. de bonis damnat.* Satiusque eſt, impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem condemnare. *l. abſentem 5. ff. de pœn. Dn. Carpz. part. 3. crim. q. 139. n. 37.*

XLVI. Hinc veteres nunquam tardum exiſtimarunt, quod eſt ultimum. *Valer. Max. lib. 8. c. 1.* alia enim ſententia poteſt corrigi; de vita tranſactum non patitur immutari; eaque de cauſa Theodoricus Imperator triginta dies conſtituit, à die latæ ſententiæ, & ne intra eos ſententia capitalis executioni mandaretur. *l. 20. C. de pœn. & in Ordinat. Crim. Carol. V. art. 1.* admonentur judices, ut in cauſis criminalibus conſideratè procedant, ſiquidem de vita hominis agatur, *vid. art. modò cit. 1. ibi:* **Alsa dann zu diesen grossen Sachen/ welche der Menschen Ehr/ Leib/ Leben und Gut belangen/ tapffer und wohlbedachter Fleiß gehörig.** Atque hæc ſunt, quæ de nobiliſſima hac ac nimis diffuſa materia loco diſputationis hujus ſolennis proponere volui. In qua, ſi quid ad rem dixi, eſt quod mihi gratuler. Quod, ſi alicubi aberravi, nemo mihi vitio vertet, ſi quæ mea ætas fuit, omnia aſſequi non potuit.

DEO SIT LAUS ET GLORIA.

Nobili atque Cl^mo V.

Dn. BENEDICTO STRAUSSIO,

J. U. Doctorando dignissimo,

pro consequendâ Licentiâ supremos in utroque jure petendi honores

Cathedram conscendenti,

Amico honorando ac pl. dilecto,

S. P. D.

TE Pater, Affinis, clarissima Nomina plura
Urgent. Hos æques, quin superesq; precor.

Joh. Ern. Gerhardus, SS. Th. D.

P. P. & h. t. Acad. Rector designatus.

Cl. atque Pereximio Dn. Doctorando,

Amico suo singulariter dilecto.

INteriora sacræ Themidos penetralia doctè
quid peragrare juvet, non sine laude probas.
Hinc ea digna ausis meditatur munera claris,
De lauru capiti serta datura tuo.

Honoris & benivolentiæ ergo

gr.

PRÆSES.

PRincipis excelsi pertractas ardua jura,
ad quem confugiunt læsi, cùm lædit iniquũ

 Ju-

Judicis arbitrium, quem fallit noxius error,
affectusq; rapit transversum sæpe sinister.
Prospera fata precor, STRAUSSI virtute coruscans,
Sacræ instar Laurûs vireat Tua gloria vivax!

Hoc voto, currente calamo exarato, prosequitur Clariß. Dn. Doctorandum Fautorem & amicum suum colendum

Georgius Adamus Struve/ D.

COntemplativo, STRAUSSI, dum Jure refulges,
Aggrederis Praxin. Faustus ut, opto Tibi.

Clarissimo Dn. Straussio J. U. Doctorando eximio, Amico suo dilecto grat.

Ernestus Fridericus Schröter, J. U. D. & P. P.

JUstitia utilibus rectum præponere suadet,
communesq; sequi leges, injustaq; nunquam
largiri sociis. Themidos, clarissime STRAUSSI,
cultor sedule, dum sinuosa volumina juris
atq; animas legum, momentaq; singula nosse
unica cura tibi, magnum & venerabile numen
justitiæ colis. Hoc stadium decurrere perge,
obvia sic Clario te cinget adorea serto,

STRAUSSIO

Politiorum morum, sacrarumque legum Cultori indefesso, & præcipuo, de arduis conatibus studiorum fiducia susceptis, gratulatur

Guernerus Rolfinck, Ph. & Med. D. P. P.

Com-

COmme un vaillant ſoldat, ne cherche que la
gloire,
Souffre beaucoup de peine, pour gaigner la vi-
ctoire:
Ains' vous, *Monſieur*, avez ſouffert, en fueillettant
Des livres és droits, pour eſtre mis en avant.

Pour teſmoigner l' affection, que je porte
â Monſieur *de cet ouvrage, je n' ay*
voulu pas manquer de rendre auſſy
mon devoir en ce peu de rimes.

Jean Belitz.

FINIS.

